



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.28. Admonitio ad Joannem Constantinopolitanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

comperto ex epistolis Episcoporum Pro-
vinciæ Corinthiæ, Adrianum Accu-
satoribus suis fuisse reconciliatum, ali-
quem Diaconum Ecclesiæ Romanæ illo
misit, qui exploraret, an in ista Recon-
ciliatione nihil contra Canones actum
fuisset.

§. XXVIII.

*Admonitio ad Joannem Constantino-
politianum.*

Anno 593. mense Julio S. Gregorius
Constantinopolim misit Sabinianum
Nuncii sui munere functurum, qui po-
stea ejus Successor in Petri Cathedra fuit.
Huic litteras commendatitias ad viros
magna Auctoritate spectabiles, amicos
suos, quales erant Priscus Patricius, qui
exercitui in Oriente præerat, & Theoti-
mus Medicus, ferendas dedit. Eundem
etiam commendavit Joanni Jejunatori
data epistola, ex qua inter S. Gregorium
& hunc Patriarcham dissidii semina de-
prehenduntur. Papa duas ad eum de-
derat epistolas in causa Presbyteri, cui
nomen Joannes, & quorundam Mona-
chorum Isauriæ, qui de Hæresi accusa-
bantur; horum aliquis, Presbyterorum
Ordine insignitus, nomine Anastasius, in
Ecclesia Constantinopolitana vapulave-
rat. Joannes Patriarcha S. Gregorio re-
scripsit, se nihil horum scire. Ad hæc

Sæculum VI. S. Gregorius : hoc tuum responsum at-
A. C. 593. nitus legi ; si enim revera hæc nescis, quæ

miserius, quam Dei Ministros tanta
 tumelia affici, & Pastorem præsentem
 Sap. I. II. nescire? si vero scis, quid dicemus ali-
 quæ scripta sunt, os, quod mentitur, qui
 cedit animam? quid profit tibi jejunium,
 quid insolens abstinentia? melius esset,
 carnem ingereres in os tuum, quam
 verba inde exeant falsa, quibus proximo

II. ind. II. ep. tuo illudas? avertat Deus, ut hæc
 64. de te mens hæreat. Litteræ quidem

fronte Nomen tuum exhibent, sed perfru-
 dere mihi non possum, eas e tuo fructu
 calamo; has scripsisse magis credibile
 juvenem illum, quem apud te habes, qui
 rum Divinarum rudem, qui nescit vulgari
 ra charitatis, quem multorum criminato-
 reum cuncti accusant, quem quotidie
 stamenta clam condita obtendentem despo-
 sitorum Hereditati inbiare dicunt, quem
 nec timor Dei, nec hominum Reverentia
 bibet. Crede mihi, Venerabilis Frater,
 nihil prius tibi curæ esse deberet, quam
 istum hominem castigare; si enim buccina
 res dare non desinas, nunquam erit tibi
 Pax cum Fratribus tuis. Causam Pre-
 byterorum, qui injuriam passi erant,
 Sabiniano Diacono amplius examinanda
 dam committit, atque addit epistolæ
 pilogum: opto ut te talem inveniat, qualem
 ego olim Constantinopoli te novi.

S. Gre

S. Gregorius in eadem Cauſa ad Narſetum Patritium ſcripſit in hunc modum: Sæculum VI
A. C. 593.

Scias velim, me totis viribus conaturum, ut hanc Cauſam ad finem perducam; & ſi videro Sacræ Sedis Canones non obſervari, faciam, quod mihi Deus contra Canonum contemtores faciendum ſuggeret. Ignosce mihi, quod ad tuas breviffime reſpondeam. Tot tantisque calamitatibus premor, ut longas epiftolas vel legere vel ſcribere pigeat.

§. XXIX.

Cofroes in S. Sergium munificus.

Sub idem tempus S. Gregorius epiftolam dedit ad Domitianum Epifcopum Melitinensem Armeniæ Metropolitanam, & Mauritiæ Imperatoris Propinquum, qui Pontificem de Senſu Morali quorundam locorum Sacræ Scripturæ conſuluerat, ſequè in converſione Regis Perſiæ parum proficere ſignificaverat. Fuit is Cofroes, *Evagr. VI.
hiſt. c. 16. 17.* cujus Patre Hormiſda a Perſis interfecto, ipſe Rex ſalutatus eſt, moxque a Factione adverſaria pulſus. In Ditionem Romanorum confugienti Mauritius Imperator omne auxilii genus ſuppeditari juſſit, utque Regi honorem convenientem haberet, miſit ad eum Legatum Domitianum Epifcopum, Eccleſiæ ſuæ Melitinensis ſitu illis Regionibus commode propinquum, virum ingenio & prudentia

6. 8.